

ribus satisfacit omnium optime Bentlejus ὁ πᾶν. Sensus: Non blandior (i. e. non blandius) mollit aversos penates sumtuosa hostia, quam, quam far pium & saltens mica. Hic hostia sumtuosa non regitur a propinquo comparativo blandior, sed est Nominativus. Quod & uterque scholasticus testatur. Blandior ergo remotiorem regit vocem, Claudian. in Prob. p. m. 284.

dominum gavisā coronat

Terra suum.

Dicimus quidem; id gaudet. Quis vero hic connectat: Terra gaurra gaudet dominum.

Similis huic locus est Æn. I. 694.

& gressu gaudens incedit Juli.

ubi Cerda sic ordinat: Ascanius simulatus sive Cupido gaudens, i. e. us, i. e. alacris, incedit gressu Juli.

Æn. XII. 818 Juno ad Jovem:

Cedo equidem, & pugnas exosa relinquam.

Juno non pugnas exosa fuit, sed ad spectum victoriæ Trojanæ, & cææ, & cædis Turni.

Æn. V. 620. de Iride.

Fit Beroe, Ismavii conjux longaeva Dorycli,

Cui genus & quomdam nomen natique fuissent.

Td cui non ad Dorycli, sed ad remotius Beroe referendum vid. Dovid. Donatus & Cerda. Conf. Æn I. 161. ubi similis difficultas.

Sed ohe satis! aliquis in clamabit. Manu ferendum est, non sat, non sacco! Agnosco & fateor. Sed coguntur in talia descendere passeruli Cerculi & columbuli nostri ad Armigeram Jovis volucrem comparati. Non Non enim aliter se tuentur. Si quis voler, paginam, Lector, unam & alteram alteram transiliat, quamquam in explicandis Auctoribus utilia monita exhibe exhibentes. Ne quid præteream, quod aut vindiciis priscae lectionis vicinum aunum aut sententiæ nostræ robur adfert: Poetæ Amphibologias amant & quasi & quasi com-pacto sectantur. Una vox utrinque vinculis apta aut adstricta repecta reperitur, sensu utrobique commodo. Sed quid Amphibologias, ut ὡς ἐν πῶς ἐν παρόδῳ moneam dixi? Amphibolias rectius dixissem. Vulgatio illa alte illa altera est locutio, licet deterioris notæ, ideo imprudenti sub stili acumen cumen venit. Vide ea de re docte disputantem Henr. Stephanum in DE AB'E ABUSU GRÆCÆ LINGUÆ, quem cum notis politissimi magistri sui irtri sui ineditis denuo publicavit Frid, Guil, Roloff, magno literarum & auct& auctorum, Gellii

